

Illustre Isaia Vaticinium pro praesecta Thefi.

Ha. 25. 6.

749 Ex Isaia imprimis cap. 25. vers. 6. 7. & 8. ubi praedicat Eucharistici convivii opulentiam, & mortis extremam cladem, ut multri arbitrantur; non alio perfectio, ut ego reor, consilio, quam ut doceat hujus convivii efficacitate id Deiparae Mariae praesentium, ut ab adversariis omnibus tam fuerit tuta, ut oppugnantes expugnaverit, necem comminantes ad interfectionem usque profugaverit; atque ad eod contra mortem ipsam sive originariam culpam immortalis, & immunis evaserit. Verba Isaia accipe. Et faciet Dominus exercituum (expende, Christum Eucharistiam insistentem dici Dominum exercituum) omnibus populis in monte hoc (Sionio nempe, seu Moria, quem designabat vates) convivium pinguium, convivium vindemiae, pinguium medullatorum, vindemiae defecatae. Ecce laetum, & splendidum Eucharistiae convivium optime in pinguibus medullatis, & defecato vino designatum, quae in luculenta mensa magis ad palatum, & delicias sunt. Subterit continenter vim tanti convivii expendens: Et praecipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditur est super omnes nationes. Praecipitabit mortem in sempiternum, &c. Etenim per faciem vinculi colligati, peccatum originale non pauci intelligunt, ex quibus Leo Castrus: unde Augustinus Epist. 157. ad Optatum dixit: Nemo nascitur ex Adam nisi vinculo delicti, & damnationis obstrictus. Vel faciem vinculi appellat Vates auctorem peccati originalis Sathanam. Unde Symmachus verit, faciem Dominatoris. Atque ita explicat Haymo. Rursus per telam, quam orditur est super omnes nationes, vult exprimi Arias Montanus, ejusdem peccati legem, concupiscentiam, fomitem: quod Isaia ver. 8. lacrymas, & opprobrium populi vocat: & merito; nam hac peccati lege, tanquam infami dedecore, & ignominia lacrymabundi clamant, vel ipsi Apostoli, obsecrantes a lege praedicta ut liberentur, ad Roman. 7. 24. Illud vero, praecipitabit mortem in sempiternum, sempiternam animae mortem exprimit praecipitandam. Ex Hebraeo veritas absorbebit mortem in victoriam, seu prevalens, & vincens: id est, perfecte & plane victor mortis absolutissimus erit Christus in Eucharistia.

Isa. 25. 10.

750 Porro autem, ut constat, ad primam horum malorum originem recurrisset Isaia; primum, inquam, gula peccatum a primo Parente ad filios cum peccati, & mortis lege transfusum, addit ver. 10. Quia requiescet manus Domini in monte isto. Et triturbabitur Moab sub eo, sicut treruntur palea in playstro. Id est, percussio, & ira Domini cessabit, requiem accipiet, consummatis hostibus, peccato, & morte. Et triturbabitur Moab: non quemlibet hostem Moab nomine designat, sed illum, de quo egerat, originarium scelus, caeteraque inde oborta mala; ex notatione quidem duplici Moab, quod nobis sonat ex Patre, sive etiam a concupiscentia. Prima etymologia peccatum originale innuit a Patre Adamo derivatum: secunda actualia designat a peccati ejusdem fomite propagata. Igitur Moab inausum nomen, quod humani excidii causas utraque unum complectitur, instar palae in monte illo conterendum, comminuendum ait Isaia,

Facies vinculi colligati est peccatum originale. S. August.

sub eo, vel ex Hebraeo, in ipso, id est, in Christo, & per Christum sub Eucharisticis speciebus delitescem, de quo Vates loquitur.

751 Ut vero appareat hoc totum in Deipara, & per Deiparam praesentium praesentiam praesentiam Eucharistiae virtute, observo quod cum epithasi a Propheta non semel notatum cerno, videlicet, Montem illum, in quo tantum mysterium asseri, perpetrandum, esse montem Moria. Paralip. 3. 1. egregium quidem Mariae Sanctissimae Symbolum. Ut enim scite Paulus Burgensis in Additione 1. ad cap. 22. Genesis observavit, nomen illius sacri montis Moria, & nomen Mariae unum, & idem est tum Hebraica formatione, tum significatione a myrrha deductis. Maluit tamen Vates uti montis nomine, quod eo conceptionem exprimeret vellet: sonat quippe vox Hebraea har Hebraeis montem, & conceptione; cadit enim ab Harab, id est, concipere, eo quod conceptus foetus instar montis in utero intumescit; ut supra observavimus ex Montano numero 235. Liceat igitur ad Isaia mentem sic interpretari: In hoc monte Moria sive Maria monte, in hac celissima Mariae conceptione faciet Dominus omnibus populis convivium pinguium, &c. Quod enim opparam nobis exhibuit mensam, in Maria utique instruxit, in ejus purissima Conceptione apparandam suscepit. Cum enim Maria conciperetur, jam ibi Dominus exercituum, jam inde panes, jam epulas, jam vina cogitabat, jam Eucharisticas delicias meditabatur: jam ibi faciem vinculi colligati, quod peccatum originale explicuimus, dissolvebat, imò excindebat; jam mortem in sempiternum praecipitabat praevalens, & vincens; jam Moab, id est, scelus a Patre Adamo derivatum opprimebat, jam concupiscentiae fomitem extinctum prorsus profugabat: ut sic per virtutem ipsi epuli praesentiam, Maria redeptitiam praeservationem frueretur, & in sanctitate originaria conciperetur.

752 Hinc pulchrae Patrum locutiones; qui subinde Marianam immunitatem, & munditiam probant, quod in ejus utero, uti in celissimo monte, Eucharisticus cibus, & potus parabantur ad mundi redemptionem, & peccatorum praeservationem. Nonnullas tibi donabo. S. Marens Evangelista & Aegyptiorum Magister in sua Liturgia: Hoc est corpus, & hic est sanguis Domini, & Servatoris nostri Jesu Christi, quod, & quem assumpsit ex Domina nostra sancta, & immaculata Virgine Maria, perpetuam Deiparae sanctitatem, integramque puritatem originariam decantat, quod ex ea assumpta sit Eucharistia. S. Petrus Dam. Serm. 2. de Nativ. Virginis Mariae: Perpendite quam debitores sumus huic B. Deigenitrici, quantasque illi, post Deum, de nostra redemptione gratias agere debeamus. Illud siquidem corpus Christi, quod B. Virgo genuit, quod in gremio fovit, quod in fascis cinxit, quod materna cura nutrit; illud, inquam, absque ulla dubietate, non aliud, nunc de sacro Altari percipimus, & ejus sanguinem in Sacramentum nostrae redemptionis haurimus. Impar est illi omne humana lingua praconium, quae de intemeratae carnis suae visceribus cibum nobis protulit animarum. Redemptricem appellat Virginem, & intemeratam ejus carnem, quia ex illa Eucharisticus cibus animarum, & redemptionis nostrae susceptus. Petrus Cellensis Abbas in lib. de Panibus cap. 21. Clibanus

Patrum locutiones probant Marianam immunitatem ex Eucharistia virtute praeservatione. S. Marcus Evang.

S. Pet. Dam.

Cellensis.

Cellensis. nus uterus est Virginis, ignis gratia Spiritus sancti, panis incarnatio filii Dei. Oportuit nempe hunc prius clibanum non vili stigmatate, neque more consuetudinario fabricari, quatenus in plenitudine temporis, panis, qui dat vitam mundo, de celo descendens pro dignitate sua congruum inveniret locum, ubi posset opportune carnem assumendo decoqui. Luculenter docet, non consuetudo more Mariam fabricatam seu conceptam, sed absque injuria, & labe originaria, omnino pura, & sancta, ut quae panem nobis datura, qui dat vitam mundo. Et mox idem Cellensis: Virgo igitur Virginum clibanus est ad panem suscipiendum, vel concipiendum, non consumendum, aut urendum; ignem enim urentem nunquam admittit, quae carnis concupiscentiam non sensit; ignem fumantem non suscepit, quae non concepit iniquitatem; ignem consumentem non novit, quae rorem de caelis in corde, & in ventre plenissime accepit. Quid clarus?

753 Alia non minus luculenta suppetunt Patrum testimonia, dum Marianam ipsi Evae opponunt pulchra antithesi. S. Bernardus Homil. 2. super Missus est, ita in primis: Curre Eva ad Mariam, curre Mater ad Filiam; Filia pro Matre respondeat. Redditur enim femina pro femina, prudens pro fatua, humilis pro superba; quae pro ligno mortis, gustum tibi porrigat vitae; & pro venenoso illo cibo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus aeterni. Deinde S. Amedeus Lausanensis Episcopus in Homil. 2. de justificatione, vel ornatu Mariae Virginis, ita fatur: Decebat, ut sicut per feminam mors, sic per feminam vita intraret in orbem terrarum. Et sicut in Eva omnes moriebantur, ita & in Maria omnes resurgeret. Illa male credula verbis serpentis, mortis venenum miscuerat; haec contereus caput serpentis, antidotum vitae cunctis ministravit ut mortem occideret, & vitam repararet. Item Petrus Blefensis in ser. de Mariae Nativitate. Jam tibi sublata est, o Adam, materia querelandi adversus uxorem. Ne dicas: Mulier, quam dedisti mihi, ipsa seduxit me, dedique mihi de fructu prohibito, & comedi; sed dic: Cum esse de luce ejectus in tenebras, Mulier haec, quae dedisti mihi, non seduxit me, sed dedit mihi de fructu benedicto.

Blefensis.

Præservatione adhuc Eucharistia virtus celebratur pro Mariana immunitate.

Cant. 1. 13.

754 Premo ejusdem Virginis verba apud Salomonem Cant. 1. 13. Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Verborum significationem noviter in primis expedo. Pro fasciculus est Hebraea vox Seror, a verbo Sarar, id est, ligare, obidere. Unde multi vertunt alligamentum, vel colligatio myrrhae: & potest verti, obsessio myrrhae. Vox Syra Chaldaica significat obsequionem, & munitioem seu praemunitioem, 4. Reg. 24. & Isaia 13. pro ubera, est Sadaim a Sadad, quod est, depradari, vastare, unde ubera veritas praedam, victorem fortem, victoriam. Pro commorabitur, communiter effertur pernociabit. Pro botrus est Hebraice escor, quod potest deduci a sachal cum puncto in cornu dextro, & sic significat intelligentiam, & Crucem; cum proprie sit supponere manus in modum Crucis, ut claret ex Genes. 48. 15. Commutans manus, id est, decussans manus, vel in P. Ildeph. de Flores in Eccles.

telligere fecit manus suas. Cumque vocem Cypri vertant Hebraei ex Hebraeo expiationis, & propitiationis, apud Galat. lib. 6. de Arcanis c. 3.) ita poteris efferre: Crux propitiationis, & expiationis dilectus meus mihi. Vox autem illa Engaddi, ex duplici dictione componitur, nempe ex aain, id est, oculus, fons; & ex gad, quod significat fortunam, felicitatem, omne bonum, Corianarum, cui erat simile Manna, ut supra observavimus. Unde legas: Crux expiationis dilectus meus mihi in oculo, in fonte felicitatis, bonae fortunae, omnibus boni, Coriandri, seu Manna.

755 Rursus observandum; Engaddi esse montem illum, ad quem de Segor migravit Loth & in quo eum Angelus iulterat saluum fieri in communi Sodomitarum desagravatione. Ita noster Pererius in ca. 19. Genes. v. 20. numero suo 35. & alii, quos tacito nomine ipse refert. Et constat ex descriptione Borchardi, qui statuit non alium montem quam Engaddi, esse juxta Segor. Imò & ex Chaldaeo ad haec ipsa Cant. verba. Hinc constat, quod cum divina vindicta universali incendio afflaverit civitates illas, pagos & campetria omnia unum dumtaxat tractus illum montem Engaddi immunem mansisse a communi clade, atque in sua omnino perstitisse antiqua fecunditate, & pulchritudine. Sic nonnulli cum S. Hieronymo ad cap. 19. Genes. & Chaldaeus

Engaddi quid, & ubi?

Chalda.

Eucharistia botrus expiationis, remissionis.

Fasciculus myrrhae praeservantis Eucharistia.

S. Thom.

Ecclesia factus est per corporis sui, & sanguinis Sacramentum. Et de semine arboris Cypri observat Gillebertus Serm. 36. in Cantica, Manna similitudinem habere. Manna autem Eucharistiae est typus. His ergo statutis, ad causam Marianam deveniamus.

Præjacta Canticorum verba sunt Deipara suam deprædicantis immunitatem ab Eucharistia.

Adamus in gratia non pernoctavit, sed in peccato. Sicut Deipara. Job. 3. 3.

Psal. 48. 13.

Eucharistia Virgini fuit borrus pinguis, odoratus, salutaris, vitalis, & crux propitiacionis, bonaque fortuna præferens.

S. Epiph.

757 Etenim in confesso mihi est, præjacta Canticorum verba, verba esse Deiparæ suam immunitatem deprædicantis, & acceptam referentis uni Eucharistiae Sacramento; quod Mariæ extitit, vel à suæ Conceptionis momento, myrrhæ fasciculus, ob vim tanti mysterii præservativam, & redemptivam præservationem, quæ in Virgine Matre suas maxime exeruit vires, eas à communi contagio præservando omnino incorruptam. Quod autem ait; Inter ubera mea commorabitur, seu pernoctabit: jugem, & perpetuam ostendit illius myrrhæ mansionem, tunc vel maxime cum conciperetur, elaborareturque Marianus foetus; tempus enim Conceptionis, & elaborationis foetus, nox solet in sacris litteris appellari Job. 3. 3. Pereat nox, in qua dictum est: Conceptus est homo. Vide ibi nostrum Pinedam. Et observa Davidis verba Psalm. 48. 13. ubi loquens de Adamo in justitia, & sanctitate condito, nec perstante in splendore suo, ait: Homo cum in honore esset, non intellexit. Vertunt multi ex Hebræo; non pernoctavit; seu non permansit vel noctem unam. Rab. Ahai in Talmud allusum putavit ad Adamum, qui ultima diei, in quo productus est, hora, propter peccatum paulò ante commissum, paradiso extrusus est; atque ita in originali gratia non pernoctavit. Forsam cum intuitu ad hæc, autumat de se B. Virgo, pulchra quadam antithesi, fasciculum illum myrrhæ inter ubera sua pernoctasse; quatenus virtute Eucharistiae præservativa perstitit semper in sanctitate, & justitia originaria. Quasi dicat: Adamus neque in gratia pernoctavit, nec gratia in eo permansit vel noctem unam. Longè aliter in me contigit; nam in me præservativa Eucharistiae gratia, & sanctitas, ipsa pernoctavit, & jugiter permansit; & ego in illa semper perstiti firma, & inconcussa.

758 Non minus luculenta sunt pro præservativa Eucharistiae virtute erga Deiparam, illa verba, Botrus Cypri, &c. si rectè expendantur quæ præmissimus. Probant enim, Christum in venerabili Eucharistia fuisse Virgini Matri Botrum pinguem, odoratum, pulchrum, salutarem, ac vitalem; Botrum, inquam, sive crucem propitiacionis in fonte felicitatis, bonæ fortunæ, omnis boni, coriandri, sive Manna. Sic vocat alium Eucharistiae Sacramentum, omnium nempe bonorum scaturiginem. Si verò immunitatem illam Engadditicarum vinearum à communi clade expendas; quid opportunius pro Mariana immunitate ab universalis originalis culpæ conflagratione? Certè tractus ille Engadditicus nequaquam fuit communi incendio afflatus; tum quia in eum se recepturus erat justus Loth, Sodomiticè perdurante subversione; tum quia ibi vineæ erant, unde Botri asportandi ab Hebræis pro sacris libaminibus. Deipara Virgo & Christo extitit locus refugii, & requies opulenta, Angelorum, & hominum tumultu perstreperante, ut supra dicebamus numero 661. & terra fuit, uvarum feracissima, nempe, que maturam uvam germinavit Christum; uti loquitur S. Epiph. Ser. de laud. Mariæ. Quid

mirum si tanti hospitis futuri gratiâ, & tanti Botri, tamque salutaris virtute fuerit à communi originalis incendi strage immunis? Eucharistia ergo Virgini fuit Botrus expiationis, & redemptiois, ipsaque redemptiva præservatio.

759 Imò illi etiam extitit valida adversus animæ hostes præmunio, & strenua quædam armatura, quæ est altera præservationis pars à S. Thoma assignata. Quò revoco illa Canticorum verba cap. 4. 4. Sicut Turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis; mille clypei pendunt ex ea; omnis armatura fortium. Ex multorum mente, collo, seu cervice B. Virginis eminentia sublimitatis ejus intelligitur, ad quam evecta est, à puncto sui Conceptus, à quo Deigenitricis privilegii potentia fuit, & abundè præmunio, quod laus evincunt illa, Quæ edificata est cum propugnaculis. Et videtur dictum cum intuitu ad primæ Mulieris fabricam; Genes. 2. 22. Et edificavit Deus costam, quæ tulerat de Adam, in Mulierem. Edificata quidem à Deo in justitia & sanctitate. Sic Deipara Evæ ipsius correctio, seu redintegratio (ut ajebat S. Damaf. Orat. 1. de Nativ.) originali sâctitate edificata, & præmunio. Atqui cum edificaretur, mille clypei pendebant ex ea, omnis armatura fortium. Sunt qui reddant priora verba sic; Deus clypeus pendet ex ea. Ita inter alios Beneus in sua Harmonia Cant. 3. tom. 7. c. 13. Deus est scutum pendens, & imminens super ipsâ turrim, ut protegat, & defendat. De Christo sub Eucharistia speciebus delitescere potest commode intelligi; qui pro innumeris clypeis Virgini extitit, & omni armatura fortium adversus illygios hostes. Quò referas quæ de vase, seu scuto aureo pro Manna custodia, supra observavimus. Cumque collum quasi janua alimentorum sit, qua cibus in corpus inferitur, uti observat ibi S. Nyssenus Homi. 7. opportunè sanè collum Ecclesiæ Salomon Virginem, dum edificaretur, appellavit, quia jam tunc epulæ Eucharistice parabantur, & in Dei Matre operabantur, per quam, quasi per collum ipsæ in reliquum Ecclesiæ corpus erant transferendæ.

Adamus duplici obedientia præcepto constructus, & comedendi, & abstinendi, utriusque Deipara militavit, à puncto suæ Conceptionis.

760 Aliter immunitatem Deiparæ ab originaria culpa, ex vi Eucharistia Sacramenti, probare aggredior; si tamen illud unum præmittatur, nempe Adamum in Paradiso constitutum duplici obedientiæ præcepto fuisse constructum, uno comedendi, altero abstinendi. Ita S. Thom. 1. p. quæst. 97. a. 3. ad 3. & Opusc. 2. cap. 188. Quod potest ex littera confirmari Genes. 2. 16. Præcepit ei dicens: Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: germana enim interpretandi ratio exigere videtur, ut præcipiendi verbum tam ad affirmationem, quàm ad negationem pariter extendatur. Præceptum affirmativum fuit comedendi ex omni ligno; id est, ex ligno vitæ, arbore scilicet vitali, & vivifica inter alias Paradisi arbores eminente. Sic S. Gregor. Nyssen. de Opificio hominis cap. 19. Igitur lignum illud omne idem est, quod lignum vitæ, cujus fructio homini ad Dei imaginem factò conceditur. Præceptum verò negativum fuit abstinendi à fructu ligni scientiæ boni, & mali. Justa æquè, ac facillima duo hæc præcepta:

Eucharistia extitit Deipara præmunio, & armatura contra animæ hostes. Cant. 4. 4.

Gene. 2. 22. S. Damaf.

Deus clypeus pendens ex Virgine.

Georg. Benet.

Gene. 2. 16.

Omne lignum idem est atque lignum vitæ. S. Nyss.

S. Maximus Taurin.

cepta: quæ tamen suo malo, & nostro transgressi sunt Adam & Eva, nosque cum illo prævaricantes in Deum: unde unà cum illis à florentissimo justitiæ originalis statu in barathrum miseriarum detrusi fumus. Hinc inter multiplex Adami, & Evæ delictum, recenset S. Thomas Opusc. 2. cap. 190. Gula peccatum, quæ suavitatem cibi permota est ad comedendum. Eva in primis, ac deinde Adamus. In quod forsam malum non incidissent, si alterum præceptum comedendi de ligno vitæ servavissent. Ut enim Eugubinus scitè observat, hæc arbor habuit fructus speciosissimos, nulli degustatos unquam, visos tamen à primis Parentibus, qui arborem procul, nondum ad eam volentes accedere, intuebantur. Etenim eâ arbore præsignatum fuisse Eucharistia Sacramentum, fatentur omnes ex Proverb. 3. 18. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam. Et ex Apoc. 2. 7. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Quia verò ab hoc Eucharistico cibo Protoplasti abstinerunt, inde in gulæ delictum inciderunt, & totius humani generis casus venit, de interdicta arbore cum Parentibus comedentis. Sic S. Chrysof. relatus in Carena Græca ad quinquaginta Davidis Psalmos, edita à Daniele Barbaro, in Psalmum primum. Hujus ligni esum (ait Chrysofomus) cum Adam neglexisset, in contraria incidit. Nos autem illud nunc mysticè comedentes, transgressionem, quæ ab eo profecta est, delemus: siquidem vitæ lignum Christus est. Consonat S. Amedeus Homil. 1. de fructibus sanctissimæ Virginis: Inter hos, & horum media confurgit arbor generans cibum vitæ, & Manna celeste, ad quod si primus Adam attingeret, mortem non gustaret in æternum.

Gula peccatum fuit Adam & Evæ culpa. S. Thom. Eugub. In illud non incidissent si comedissent de ligno vitæ.

Prov. 3. 18. Apoc. 2. 7.

S. Chrysof.

S. Amedeus.

Deipara, utpote Adami & Evæ correctio, abstinentiæ ab interdicto pomò, & ex ligno vitæ comedisse, sub cujus umbra, vel à suæ Conceptionis momento, commorata est. De abstinentia Mariæ à vitico cibo præclare loquitur S. Ambrosius lib. de Institut. Virginis c. 5. dum ait, B. Virginem alteram quidem Evam fuisse, sed non gulosam; sobriam tamen & jejunam. Veni Eva jam sobria, etsi in te aliquando intemperans, sed jam in prole jejuna. Veni Eva jam talis, ut non de Paradiso excludaris. Veni Eva jam Maria. Hanc prioris Evæ prolem nuncupat, sed maternæ expertem gulæ, sed omnino jejunam, sed talem, ut una minime sit paradiso excludenda. B. Amedeus in Apocalypsi nova, Raptu 3. loquens de stygio serpente pomum Evæ porrigente, & de Mariano triumpho: Peccatum ab ipso inducium funditus dissipavit; quia nullo modo venenum ab ipso immissum gustavit.

Cant. 7. 13.

Gene. 3. 11.

761 His præjactis, statuendum nobis est; Deiparam Virginem, utpote Adami & Evæ correctionem, & redintegrationem ab interdicto pomò, & ex ligno vitæ comedisse, sub cujus umbra, vel à suæ Conceptionis momento, commorata est. De abstinentia Mariæ à vitico cibo præclare loquitur S. Ambrosius lib. de Institut. Virginis c. 5. dum ait, B. Virginem alteram quidem Evam fuisse, sed non gulosam; sobriam tamen & jejunam. Veni Eva jam sobria, etsi in te aliquando intemperans, sed jam in prole jejuna. Veni Eva jam talis, ut non de Paradiso excludaris. Veni Eva jam Maria. Hanc prioris Evæ prolem nuncupat, sed maternæ expertem gulæ, sed omnino jejunam, sed talem, ut una minime sit paradiso excludenda. B. Amedeus in Apocalypsi nova, Raptu 3. loquens de stygio serpente pomum Evæ porrigente, & de Mariano triumpho: Peccatum ab ipso inducium funditus dissipavit; quia nullo modo venenum ab ipso immissum gustavit. Satis ex re: ea est enim Maria, quæ Cant. 7. 13. sola possit illis vocibus sponsum affari. In portis nostris omnia poma nova & vetera, dilectè mi servavi tibi. Sola quidem omnia à primo ad ultimum præceptum servavit: sola in portis, in ipso nempe vitæ limine universa potuit caelesti Sponso interdicta poma deferre, quin vel unum una illa unquam decusserit, decerperit, degustaverit. Sed accedat non minus gravis testis S. Hieronymus, sive, ut placet Posssevino, & Victorio, S. Maximus Episc. Taurinensis in Epist. de Viro perfecto ad Amicum ægrotum, ubi dum Genesim illum versat locum, Inimicitias ponam inter te & P. Ildeph. de Flores in Eccles.

mulierè, &c. a que de B. Virgine exponit, Serpentè his verbis exagitat: Id est, suscitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, te non audiat; si suavitatem pomorum pro adaptione monstraveris oculorū. Satis explicatè originale Deiparæ jejunium asserit, gulosissimo illi Draconi nocentissimū. Quæ enim poma suggerentem minime audit, minime illa gustavit; quæ autem minime gustavit, maxime jejuna, ac proinde manducati illi infestissima.

762 Huc spectant illa Genesim verba, quæ supra à num. 146. accuratè premebamus: Ipsa conteret caput tuum. Etenim serpentis caput à Deipara contritum, originalis peccati symbolum esse, multi ex Patribus statuunt; quos loco memorato retulimus. Cum verò illius delicti materia, exitiale nimirum pomum, ad gulam perituerit, hujusmodi gulæ expressum symbolum caput serpentis esse aio, quod impransâ Virgo confregit, & conculcavit validissimo jejunio. Serpentis gutturi cor adhærere Aristoteles prodit lib. 2. Hist. Animal. c. 20. Aelianus lib. 5. cap. 31. & Vincentius lib. 20. Speculi naturalis cap. 3. Et jure quidem serpentis gutturi cor inest, cui cordi gula. Certè Aristoteles serpentium cupidiam projectissimam non semel notavit, lib. 8. Hist. animal. cap. 4. Serpentes omnium maxime animalium cupidia dedit sunt. Et lib. 2. de Partibus cap. 17. Addo, inter serpentis cupidias, vel primo loco poma esse locada, quæ ille cupidissime degulat. Constat ex eodem Aristot. lib. 9. de Hist. Animal. cap. 6. ex Aeliano lib. 6. cap. 4. Et auctores alios profert Buffamantinus lib. 4. de Animantibus sacra scripturæ cap. 1. Exulimaverim ortam hinc fuisse mythologiam infomnis illius Draconis, aurea poma in Hesperidum hortis custodientis, cuius præterique meminere. Vide Virgilii 4. Aeneidos, & ibi nostrum Cerdam. Nam Juno auroreorum pomorum custodè Draconem dedisse fingitur, quia terræ Filiæ poma subinde suffurabantur, ut scribit Aemilianus lib. 32. c. 5. Multa Gentiles ex sacra Scriptura ad fabulas traxisse, eruditè ostendit Serarius noster Judic. 16. Quæst. 36. Porro Draconis hæc fabula, Junonis Deæ poma contra furaces Terrigenas vigilantissime servantis, haud obscura retinet vestigia Mosaicæ Historiæ, sed Poëticis figmentis inturbata. Uteumque sit, constat ex dictis, Draconi quidem poma esse gratissima, quæ cupidinarius Heluo cupidissime depereat. Constat Serpentis caput quàm gulosissimum esse.

Gene. 3.

Originalis gula symbolum caput serpentis & Deipara contritum.

Arist.

763 Aptè hunc gulonem ingressus stygius Draco gulam homini africanis dicitur. Quo deinceps facinore gloriosus humanum ventrè sibi tanquam imperi sedem statuit: cujus tanta in sacris memoria, tanta detestatio Levit. 19. 31. & cap. 20. 6. Deut. 18. 11. Pythones, ac Pythonissæ vocantur, ex quorum ventre Draco Pythius oracula creparet. Inde Origenes lib. 3. Periar. 3. Pythonem Dæmoniè interpretatur ventricosum, cui Dracones, & serpentes ministrant. Vide Tertul. lib. 4. contra Marcio. cap. 25. Augustinum lib. 2. de Doctrina Christia. c. 23. Abulen. 1. Reg. 18. quæst. 16. & cap. 28. quæst. 9. 10. 11. Lorinum Aëtio. 16. 16. & Serarium 1. Reg. 30. quæst. 1. ubi ait serpentem illum antiqui ventrilocum fuisse.

Serarius:

764 Expendo jam summam summi Opificis providentiam, contrarium Guloni huic antidotū præsignantis. Proditū enim est à locupletissimis

Tejoni hominis saliva serpentina. thalis.